

«durchgekämpft». Interessant ist sein Hinweis, daß Enkenbach, obwohl nachweislich noch jahrhundertlang Doppelkloster, doch nie urkundlich so genannt wird. Man empfand dies in Anbetracht der ablehnenden Haltung der Ordensleitung wohl als unpassend. Lutz ist ganz richtig der Ansicht, daß die Westempore der Nonnenchor war, was von früheren Autoren bestritten worden war. Doch scheinen die Nonnen auch die Möglichkeit gehabt zu haben, auch von der Lettnerbühne aus dem Gottesdienst zu folgen. Auf dieser Lettnerbühne war ja auch — was Lutz nicht in Betracht zieht — die Orgel, und dort wurden auch die Lesungen zur Matutin gehalten. Lutz hält es auf Grund der architektonischen Gegebenheiten für wahrscheinlich, daß in Enkenbach sowohl die Nonnen als auch die Chorherrn die Lettnerbühne benützten. Er meint, daß die Klöster beider Geschlechter nach Süden angebaut waren, und zwar «nur durch den Kreuzgang voneinander getrennt». Ich vermute hingegen, daß es zwei getrennte Gebäude waren. Das «Nonnenhaus» scheint im Südwesten gewesen zu sein, das «Mönchshaus» aber am südlichen Querschiff angebaut. Lutz hat S.47 — gegenüber mehreren anderen Autoren — völlig recht, wenn er «ecclesia» als «Konvent, Ordensgemeinschaft», und nicht als «Kirchengebäude» versteht. Besser wäre die Übersetzung «Stift» (kanonikal) als Gegensatz zum mönchischen «monasterium».

N. BACKMUND, O. Praem

M. J. HAMILTON, *Adam of Dryburgh: Six Christmas Sermons. Introduction and Translation*. 1974. pp. 259. Ed.: *Analecta Cartusiana*, fasc. 16. — Dr. J. Hogg, Institut für Englische Sprache und Literatur. Universität Salzburg. — A-5020, Salzburg (Austria).

Inde ab anno 1928, quo Wilmart in *Mélanges Mandonnet*, t. II, pp. 145-161, quaestionem de identificatione personae usque ad illud tempus quodammodo aenigmaticae Adami Scoti et Adami Cartusiani solverat, probando agi de una persona, Adami, qui, postquam abbas (coadiutor?) fuerat Praemonstratensis in Dryburgh, ordini Carthusianorum sese aggregaverat (cfr. A. WILMART, *Maître Adam, chanoine Prémontré devenu Chartreux à Witham* in *Anal. Praem.*, 1933, t. IX, pp.209-232), plurimae inquisitiones prodierunt agentes de vita et operibus «gloriosi Magistri Adam». Partim in *Analectis Praemonstratensibus*, partim in aliis libris et periodicis, ac encyclopediis.

Recenter, fasc. 16 *Analectorum Carthusianorum* de eodem Adamo meritissime agit. Notum est profecto prof. Hogg (Univ. Salzburg) inde ab anno 1970 active incepisse fructus plurimarum inquisitionum de historia omnigena Carthusianorum colligere et variis in fasciculis edere (adiuvantibus plurimis studiosis). Et addere liceat eundem prof. Hogg parare editionem criticam operum Adami, qua Carthusiensis, pro serie: *Corpus Christianorum: Continuatio Mediaevalis*.

Auctor praesentis libri, M. J. Hamilton, hoc opus paravit in ordine ad obtinendum doctoratum in universitate catholica in Washington. Iam egerat idem Hamilton de Adamo in *New Catholic Encyclopedia*. I, 1967, sub voce: *Adamus Scotus*. Qua ratione editio praesens concepta et elaborata fuerit ante omnia indicandum est. Traditur in altera parte libri translatio moderna anglica sex orationum Adami agentium de mysterio Nativitatis Domini. Translatio illa facta est, partim e textu latino edito in *Patr. Lat.* (Migne), t. 198; comparatione instituta cum textu duorum manuscriptorum antiquorum, asservatorum tum in Paris, Bibliothèque Nationale, n.f. Latin, 17.514 et London Charterhouse. Iudicium de ipso hoc textu anglico versionis aliis proferendum relinquimus; addendo tamen illam translationem manifeste magna cum cura factam esse.

Potius immorari vellemus in describendis iis quae omnino clare et scientifice elaborata legi possunt in introductione ad translationem dictam (pp. 1-126). Ante omnia traditur conspectus vitae ac operum Adami, insistendo in iis quae referuntur in ms. Carthusii Londinensis. Adamus iste, abbas monasterii Praemonstratensis in Dryburgh, transivit ad Ordinem Carthusianorum. Rationes huius transitus in illo manuscripto non dantur. In hac tractatione per transennam quaestio ponitur an Adamus fuerit abbas stricto sensu, an potius solummodo abbas coadiutor? Responsum positivum huic quaestioni dari non posse videtur. Constare vero omnino videtur Adamum transiisse ad alium Ordinem anno 1188, postquam praesens fuerat in Capitulo generali Ordinis in Prémontré. Indicatur deinde opera Adami conscripti dum Carthusiensis factus erat. Series librorum Adami, tum Praemonstratensis, tum Carthusiensis, magna cum cura confecta habetur apud N. Weyns, *Het Premonstratenzer Kloosterleven volgens Adam van Dryburgh*. Tongerlo, 1948, pp. 14-32.

In fine totius suae tractationis Hamilton tradit bibliographiam amplam de Adamo. Cum Hamilton in introductione late et scite agat de thematibus in praedicationibus Adami pertractatis et de ratione qua themata illa exponit, addi potuisset vere positiva sub hoc respectu haberi apud S. SCHREIBER, *Die Prämonstratenser und der Kult des hl. Johannes in Zeitschrift für kath. Theologie*, 1941, t. LXV, pp. 1-32.

Pars vero potissima praesentis inquisitionis nostro quidem iudicio habetur in capite secundo totius tractationis. In qua parte comparatio diligens instituitur inter modum et rationem praedicationum Adami et praedicationum quales in usu erant apud magnos auctores illius aetatis, saeculi duodecimi. Simul ac variae indicationes referuntur de ratione qua Adamus textus scripturísticos citat ac interpretatur. Quod facit Hamilton per duo capita: 1. Adam measured against the sermon theorists of the twelfth century. 2. Adam compared with contemporary preachers of Britain.

Quod autem spectat ad rationes agendi magnorum praedicatorum saeculi duodecimi, notat auctor tunc generatim praevalere methodum scholasticam, iuxta quam inquiritur dispositio logica et bene ordinata.

Quod facit iuxta principia exposita a Guiberto de Nogent (contemporaneo S. Norberti; cui Guibertus iste dedicat epilogum suae Tropologiae in Jeremiam: Patrol. Lat., t. 156, col. 487 s.). Simul ac principia proposita ab Alano Insulensi, apud quem praedicatio aspectum magis moralem ob oculis ponitur. Adamus noster, ex sua parte, sectatores vitae religiosae prae oculis habet. Praeceptorem veritatis se ostendit; docere intendit. Per diversa itinera quae in prima periodo vitae suae peregerat, circulos scientificos non paucos frequentaverat. Et potissimum se discipulum ostendit scholae a S. Victore; Andream a S. Victore iteratis vicibus citat.

Etiam sub alio respectu sermones Adami momento non carent. Nempe sub respectu rationis sub qua textus S. Scripturae interpretantur. Novit profecto sensum litteralem textuum. Sistit tamen potius in eorum sic dicto sensu spirituali ac mystico.

Comparando tandem scripta et sermones Adami cum auctoribus anglicis eiusdem aetatis, apparet Adamum sequacem sese non ostendere traditionis Cisterciensium; sed et hic sequacem esse scholae a S. Victore. Sistere modo speciali non videtur in requisitione stili venusti; proinde stilus eius minus elegans dici debet quam stilus expositionum Petri Blesensis. Adamus testis fidelis est modi agendi scriptorum sui temporis; potius insistendo in momentum veritatum quae vitae spiritualis progressum regunt quam in eorum expositionem methodice scolasticam. Praeterea multo minus citat opera S. Bernandi; multo minus quam alii duo Praemonstratenses praeclari eiusdem saeculi: Anselmus de Havelberg et Philippus de Harveng.

Haec et similia argumenta scite, adductis plurimis citationibus textuum, ab auctore Hamilton in hac inquisitione proponuntur. Ita ut merito laudandum sit opus istud, tali cum cura confectum, edi potuisse.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Pl. F. LEFÈVRE, *Travaux d'orfèvres louvanistes pour l'abbaye d'Averbode*, in *Arca Lovaniensis*, 2, Leuven, 1873, p. 133-155.

In talrijke artikels heeft Pl. F. Lefèvre, thans emeritus-professor aan de Leuvense Universiteit, historische gegevens en archivalische bescheiden gepubliceerd in verband met het artistiek verleden van de abdij van Averbode. De oude kloosterarchieven, vooral de rekeningen bevatten zeer veel materiaal in verband met de artiesten die voor deze instelling hebben gewerkt en met het kunstpatrimonium dat hier dank zij het mecenaat van talrijke prachtlievende abten tot stand kwam.

Voorliggend artikel doet nieuwe gegevens aan de hand over Leuvense edelsmeden die in de 14e en 15e eeuw de Kempische abdij van nieuw zilver voor liturgische of profane doeleinden hebben voorzien of oudere stukken hebben hersteld. Het betreft hier de aktiviteit van Arend